1283

Triplicatis Evasionibus suspensionibus Paralysis Iuris praescriptione Terrestri bello Conventoneq, vel alijs quibusvis Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo, nec quovis alio modo evadendo hoc suo praesens personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

# Glinkow Mutua Adiutalitas

Comparentes personaliter Coram officio et Actis praesentibus Castrensis Capitaneatus Premisliensis Generosi Franciscus de Rafaly Glinka. Generosi Stanislai de eadem Rafalow Glinka, Cum Generosa Zophia Hermanowska Consorte eius legitima procreatus filius ab una et Theressa Pewkowna Generosi Nicolai de Cianowice Pewko Cum Generosa Cecilia de Sobeckursko Consorte eius legitima procreata filia ab altera parte Coniuges legitimi, et quidem Consors Cum eiusdem Marito suo ut Tutori Coniugalis personali assistentia, et ultroneo ad infrascriptam recognoscentem Consensu, sani mentibus et corporibus existentes, ac Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusvis proprijs et competentibus recedendo, Praesens vero Castrensis Capitaneatus Premisliensis Iurisdictioni quo ad vim Actis praesentibus attinet se Cum successoribus ac bonis suis gratis omnibus, totaliter et plenarie incorporando atque subiciendo, palam libere publice ac perspressim recognoverunt et quilibet illorum seorsim suo interesse recognovit. Quia Ipsi sibi mutuo et invicem omnium gratis bonorum suorum mobilium et Immobilium haereditariorum et obligatariorum, summarumque quarumvis pecuniariarum, tum aurei argenti Clenodiorum Stanni aeris Cupri Orichalci vestium vestimentorum equorum equiretae pecorum pecudum, ac totius suppellectilis domesticae nunc habitae, et in posterum habendae, in quacunque forma et materia existentes Adiutalitatem et usumfructum ad extrema duntaxat vitae suae tempora inscripserunt assignaverunt et Concesserunt tali videlicet modo et conditione, Quod si prius praenominatus Generosus Franciscus de Rafaly Glinka Maritus suus, Quam Ipsa Generosa Theressa Pewkowna Consortem de hac luce decedere Contigerit, extunc eadem Consors sua bona suprascripta, ac res gratis omnes

1284

omnes Morte praedicti Mariti sui derelicta, cum omni praemissorum Jure dominio et proprietate, omnibusque et singulis eorundem bonorum, utilitatibus fructibus Proventibus redditibus Commodis et emolumentis attinentibusque et pertinentibus quibus universis nullis penitus exceptis tenebat habebat et possidebat illisque quiete et pacifice usufructuabat. Post Mortem vero praedictae Consortis suae, extunc bona quibus omnia suprascripta Morte praedicti Mariti sui derelicta, ad successores eiusdem Mariti sui sine quavis praeditione successorum praedictae Consortis suae devolvi debebant et tenebuntur. Similiter etiam si prius praenominatam Gnosam Theressam Piwkowna Consortem suam, quam praedictum Maritum, de hac Luce decedere contigerit extunc idem Maritus bona suprascripta quibus omnia Morte eiusdem Consortis derelicta, cum omni praemissorum bonorum Jure et proprietate, omnibusque et singulis ipsorum utilitatibus fructibus proventibus redditibus Commodis emolumentis, nullis exceptis, tenebat habebat et possidebat, illisque quiete et pacifice ad extrema Vitae suae dum tolerat tempora potiretur. Post Mortem vero et de hac Luce decessum praedicti Mariti sui bona sua suprascripta quibus omnia Morte ipsius derelicta ad successores eiusdem Consortis suae sine quavis contradictione successorum, praedicti Mariti ipsius devolventur et redibunt, praesertim personalibus Recognitionibus ad praemissa omnia mediantibus.

# Glinka consorti reformat

Comparens plus coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneatus Premisliensis Gnosus Franciscus de Rafalow Glinka Gnosi Stanislai de eadem Rafalow Glinka, cum Gnosa Sophia Hermanowska Consorte eius Ihma procreatus filius, sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo Praesenti vero Castrensi Capitaneatus Premisliensis Jurisdictioni, quo ad vim Actus praesentis attinet et cum successoribus ac bonis suis quibus omnibus, totaliter et plenarie incorporatus atque subjuvendo